



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

24. Mandat attineri Mallingcrotium domi suæ Exequentibus id
Prætorianus, turbatur Civitas. Curæ Senatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

1654.
cit Sena-
torum
resolu-
tioni.

Explor-
rat men-
tem Nun-
cij.

24.
Mandat
attineri
Mal-
lingra-
tium.

Bernardum occupabat sollicitudo publi-
cæ quietis, hoc vehementius dolebat
paucorum eam factionibus interturbari.
Et quanquam super abducendo *Malling-*
crotio, non debere ipsum suadebant
aliqui Magistratus sententiam expectare,
quod in homines sacris initiatos, Episco-
po soli, jus omne reservatum esset; nec
obscure præviderent, Monasterienses pro-
eâ, quâ tunc vivebant, libertate, facile
semper dissensuros. Præplacuit tamen de-
clarationi Senatus acquiescere, & domi
propriæ honestâ ad tempus custodiâ De-
canum attinere.

Ne verò novis Colonia turbamentis
conatum impediret, è re visum est, pro-
positi summam, causasque priùs detegere
Nuncio Apostolico, & Ejus ante men-
tem explorare. Misso igitur Coloniam
Agrippinam Henrico Bischopingio, qui à
consiliis erat, eóq; necessitatem continendi
Mallingerotum coram explicante ultro
exclamavit Santelicius, cur ob causas, tam
varias, justas, graves Episcopus tardaret;
festinato opus esse, nihil profecto remo-
ræ, nihil impedimenti se objecturum.

Conspirantis itaque Nuncij securior jam
Christophorus Bernardus exemplò juber-
Consiliariis, tunc adhuc Monasterij præ-
sentibus, ut decretam *Mallingerotij* de-
tentionem accelerent, simûlque denun-
cient

1654.

cient Consulibus, quam ipsi nuper comprobârint in ædibus custodiam, & hanc etiam, sibi placuisse. Illuxerat jam septima Octobri dies, quâ Prætoriani, voluntatem Principis executuri, Vingero Duce, quantur sub meridiem in Decani domum clâm se Præto-inferunt, ab cōque cum amicis epulante, riani. petunt importuni accessûs veniam, & unâ significant, inopinatâ denunciatione, in eorum seâ custodiam, Principe sic imperante committat. *Mallingcrotius* improviso militis aggressu, nonnihil initiò perculsus, paulò post mandati tenorem exigit. Quo viso, lectoque negat isthic agnoscî Principis imperium, quod solius sit Decani. Indè factus armatis propior, nisi cedant, neces & exitia minatur. Sed dum paulatim mitior, vinum inficetas inter facetias largius propinat, accedit convivarum alter, monetque custodes, si quidem vita cordi sit, ocyus facessant inde, ac tuta petant, fore alioqui, ut integer eyadat nemo. Et licet turbatorem jam tum exitum certò prætinerent, nihil tam segnius simul arma, simulq; *Mallingerotium* ac singulorum oculos observabant.

Inter hæc ex ejus famulitio stabula- *Turba-*
rius, è fenestra dilapsus, per Urbem dis- *tur civi-*
currere ac vociferari; teneri Decanum; tas.
periclitari vitâ; à militibus insideri

M 2 domum

1654.

domum; opem, opem implorare. Ad
cujus stentoris vocem mox undique con-
currit, quidquid factiosi, petulciique ho-
minum generis erat. Pars stare in foro
captum uti putabant jam jam abducen-
dum excepturi, pars ante domum cater-
vatim congregari, donec affluens multi-
tudo tentatis foribus connititur per vim
aditum aperire, & ereptum militari cu-
stodiae *Mallingcrotium* reddere libertati

Quæ dum in area Cathedralis Ecclesie

*Cura Se- siæ geruntur, accedit ad Senatum Quan-
natus. tius Concilij Secretarius, ut jussa Prin-*

natus. *tius Conciliij Secretarius*, ut iusta Principis exponat, moneátq; curam, ne quas in Urbe turbas conciat populus. Sed in opportunitè nunc ista significari causantur Senatores, commotâ jam civitate propo universâ: nolle se tamen muneri suo deesse. Dum verò remedia in Senatu queruntur, foris per eadem incrementa vi gebat morbus. Jubent interim sine tytano armatas illicò coire duas civium cohortes, quæ in foro excubent, tumulum omnem præcauturæ: simulque *Vierdenhalvum* Oratorem cum *Hollandi* Urbis Secretario lustratum amendant, qui apud *Mallingerotum* rei agatur. Abeunt hi, dum ædibus Decani viciniori conspiciunt violentis anticam aggressiōnibus oppugnari, & nutantem ipsum jauerticem irruentium exitio imminere (na-

*Lustratum mit-
tit Syn-
dicum
et Se-
creta-
rium.*

1654.

parum aberat, quin incautos aggressores casus tumulâsset) missos se præfati, ut malo consulant, tumultuationem tanti-sper compescunt. Ostio subinde reserato domum ingressi custodiam primùm demirantur, paulò post inter haustus largiores (hospite tam gratis hospitibus vi-num liberalius præbibente) custodes interrogat *Vierdenhalvius*, cuius hæc jussu fiant; respondent Principis, unaque poscenti visendam proferunt commissam sibi potestatē. Quā perlectā ferunt *Vierdenhalvium de Christophoro Bernardo* contumeliosè locutum, & redditā tunc pa-pyro inter minas etiam ac conyitia mi-litem reliquisse.

Nihilò sub hæc turbulenti quietiores, dum eximendi periculo captivi, ut ante pertinaces, aggressionem novam moliuntur, ex insperato *Mallingrotius*, ignotâ viâ erupit. Iu eum igitur ceu Numen quoddam converti omnes, gestientes accurrere, excessum gratulari, osculari manus, humeros certatim brachiis demulcere, applaudere libertati. Tum in laudes effusi, per aream Cathedralem, per D. Michaelis portam, per forum, ceu triumphantem ad xdes *Straalijs* civis deducunt. Verùm inde confestim viam *Conatur* relegunt, accessu nunc etiam plurium *Plebs in* audentiores, in militem prætorianum sæ-
Præto-

^{25.}
Mal-
lingro-
tius e-
rumpit.

M 3

vituri. rianos
irruere.